

« tumulum Hierosolimis<sup>(a)</sup> viderat, si in Constantinopolim sim  
 « quod revertam. et exinde venit Venecie, quod promissum est.  
 « dux tamen nobilis<sup>(b)</sup> Venecie vitam finivit<sup>(c)</sup>; et deinde Constanti-  
 « nopolim<sup>(d)</sup> cum omnibus illius consanguinitatis parentibus<sup>(e)</sup> trans-  
 § latus est illius a Venecie habitatoribus»<sup>(f)</sup>.

« et Ystrie metropolim perpetuo confirmamus ». subscriptione et confirmatione episcoporum sub illius scripsit et confirmavit privilegii preceptum cardinalibus<sup>(g)</sup> Romane<sup>(h)</sup> universalis Ecclesie, que archipresbiterii sive episcoporum in illorum<sup>(i)</sup> ordine compellentur,  
 10 cum triginta alii presbiterorum. concessit Benedictus papa, Beatus dux cum omni populo Venecie metropolitanum patriarcha Graden-  
 sem<sup>(k)</sup> nove Aquilegia civitatis ut eligeret et dux investiret, ut per manu Romane sedis pontificem investitionem acciperet, et illum debet consecrare et cum privilegii preceptum per concilium  
 15 cum laude et confirmatione episcoporum et cum palii benedictione in Aquilegia nove<sup>(l)</sup> civitatis Gradus metropoli revertere.

Paulus patriarcha fuit nacione Romanum. ipse condivit in ecclesiis Gradensem sanctorum corpora: in ecclesia Sancti Vitalis quadraginta et duo martirum cum ceterorum aliorum per muris  
 20 circuitum; corpora sanctorum virginum in ecclesia Sancte Marie; corpora sanctorum Cancianorum in ecclesia Sancti Iohannis evangeliste. Aquileensi quoque<sup>(m)</sup> civitati destructa, cum eisque populo Paulus patriarcha fuit itemque iturus per revelationem sanctorum, que<sup>(n)</sup> ad eum invenit; qui Longobardorum rabiem metuens, ex  
 25 eadem<sup>(o)</sup> Aquilegia ad Gradum<sup>(p)</sup> insulam<sup>(q)</sup> configuit secumque beatissimi martiris Quirini, Hillari<sup>(r)</sup> et Taciani<sup>(s)</sup> et ceterorum sanctorum corpora deportavit et apud eandem<sup>(t)</sup> Gradensem civitatem<sup>(u)</sup> cum honore dignissimo condidit in ecclesia Sancti Iohannis Baptiste, per hanc revelationem<sup>(v)</sup>, quod ad eum Paulum patriarcha invenit,  
 30 compositus sive ipse scripsit translationem sanctorum corpora, fe-

(a) *D S* Ierosolimis      (b) *D V* tam nobis      (c) *D V* finire      (d) *D* Constantino-  
 polis      (e) *D V* omnem illius consanguinitatis parentorum      (f) *S* omnibus consanguinitatibus  
 (g) *D V* translate illius esset Venecie habitantes      (S) illius esse      (g) *V* cardinalis  
 (h) *D* Romenie      (i) *D* illorum      (k) *V* Gradense      (l) *V* Aquilegie anove      (m) *V* quo-  
 rum      (n) *V* om. Iturus - que      (o) *V* eandem      (p) *D* a Gradum      (q) *D V* insula  
 (r) *D* Hilaris      (s) *D* Ticiani      (t) *D* eadem      (u) *D* civitate      (v) *D* revelatione